

Philipp Jakob Ammendorff Heinrich Ludwig Neomagus

## **Dissertatio Philologico-Theologica De Libro Bellorum Domini**


Duisburg ad Rhenum: Straube, 1756

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn824607082>

Druck Freier  Zugang







ca.



106


a. B.

48. b. 8.


Fa-1092 (10.)






















21

2

14

13

CHRISTIANO BENEDICTO  
MICHAELIS

IOANNES HENRICVS LEIDENFROST



LIBRARY OF THE  
UNIVERSITY OF TORONTO  
JAN 10 1900  
PHYSICS  
BY  
JOHN HENRIKSEN  
M.D.  
PH.D.  
STOCKHOLM  
1898



DISSERTATIO  
 PHILOLOGICO-THEOLOGICA  
 DE  
 LIBRO  
 BELLORVM  
 DOMINI.

---

QVAM  
 V. D. O. M.  
 PRAESES  
 PHILIPPVS JACOBVS  
 AMMENDORFF

S. THEOL. D. ET PROF. P. O.

ET  
 RESPONDENS  
 HENRIC. LVDOVIC. NEOMAGVS

MEVRSENSIS S. THEOL. CVLT.

DIE 21 JAN. MDCCLVI. IN AVDIT. MAJ.

HOR. SOL. PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI  
 SVBJICIENT.

~~~~~  
 DVISBVRG ad RHENVM, Typis JO. SEBAST. STRAVBE. Acad. Typogr.



DR. MEDICINAE  
PHILOSOPHIAE  
BETTORVM  
BOMI  
PHILIPPVS JACOBS  
ALBERTVS  
PHILOSOPHIAE  
PHILOSOPHIAE



VIRIS

*GENEROSISSIMIS EXCELLENTISSIMIS,  
AMPLISSIMIS ET CONSVLTISSIMIS*

DOMINO

FRANCISCO FRIDERICO

L. B. DE KINSKY,

TOPARCHAE IN STEIN ET TERVOORT,  
REGIMINIS SVPREMI REGII IN PRINCIPATV  
MEVRSENSI PRAESIDI

DOMINO

REINHARDO HENRICO

VINCENT. BERTRAM.

L. B. DE PELDEN,

DICTO CLOVDT,

TOPARCHAE IN LAWERSFORT, &c.  
REGIMINIS REGII SVPREMI ET COLLEGII  
JVSTITIAE IN PRINCIPATV MEVRSENSI  
PRAESIDI.



NEC NON  
VIRIS  
*AMPLISSIMIS & CONSULTISSIMIS*  
DOMINO  
WILHELMO DE LA ROOYE,  
DOMINO  
ADOLPHO JOANNI  
HERLET,  
DOMINO  
JOANNI FERDINANDO  
MARTYN,

REGIMINIS ET COLLEGI JUSTITIAE SUPREMI  
IN PRINCIPATU MEVRSENSI CONSILIARIIS  
MERITISSIMIS,

*PATRONIS MAECENATIBVS AC  
FAVORIBVS, SVIS AESTVMATISSIMIS*

CVM SINCERO OMNIGENAE PROSPERITATIS  
VOTO HAS STUDIORVM SVORVM  
PRIMITIAS

D. D. D.

DEFENDENS  
HENRICVS LVDOVICVS NEOMAGVS,  
THEOL. CVLTOR. BARLA-MEVRSENSIS.



Q. D. B. V.


## P R O O E M I V M.

**A**rdua & difficilis res est de *Libro Bellorum Domini*, quem temporum injuria extinctum oculis usurpare non licet, & cujus alii scriptores, præter solum Mosen, non injiciunt mentionem, differrere. Possent sine ullo rei Christianæ damno, commentationes de libris deperditis in sacris paginis memoratis exulare ex theologicis commentariis & systematibus, nisi adversariorum sacram scripturam imperfectionis insimulantium, obstaret importunitas. Sola citatio libri alicujus, cætera penitus ignoti, his jam sufficit, ut codicem sacrum tanquam truncum mancum & mutilum traducere, traditionemque, quæ ut plurimum sine capite incedit, commendare non erubescant. Suarum hic esse partium theologi, de perfectione oraculorum Jehovæ meliora edocti, vident temerariam pertinaciam coercere, & ostendere hos ipsos libros, de quibus adversarii tantopere gloriantur, spiritu sancto auctore scriptos non esse. Dabimus operam Deo vires largiente, ut in hac dissertatione de *Libro Bellorum Domini* hoc demonstramus. Dicemus igitur cap. primo de *existentia* libri, *argumentum* ejus considerabimus cap. secundo de *auctore*aget cap. tertium quartum & ultimum libri *dignitatem* utilitatem & auctoritatem habebit pro suo objecto.

A 3

CA.





CAPVT I.  
DE EXISTENTIA  
LIBRI BELLORVM  
DOMINI.


---



§. I.

edem argumentum nostrum habet *Num.*  
*XXI.* 14. Describit prudens Israelitarum  
dux Moses in hoc capite varias populi in  
Arabia errantis stationes, ut hoc modo me-  
moriā beneficiorum a benignissimo nu-  
mine acceptorum refricaret, populūque  
ad gratitudinem sedula & mascula pietate probandam exci-  
raret. Subsistit *Y.* 13. in statione ad vadum Arnonis in con-  
finiis Moabitarum, inter Moabitas & Emoræos, & sub-  
jungit





jungit sequentia: על-כן יאמר בספר מלחמות יהוה את והב  
 בנסופה ואת הנחלים ארנון Hæc verba non eodem modo  
 ab interpretibus redduntur, quemadmodum discrepantes  
 ipsorum docent versiones. ONKELOSVS reddidit על-כן  
 יתאמר בספרא קרבין דעל נחלי ארנון Propterea dicitur IN  
 LIBRO: bella quæ fecit dominus in mari rubro, & magnalia  
 in torrentibus Arnon. JONATH. BEN USIEL. על-כן יתאמר  
 &c. בספר אורייתא דתמן כתיבין קרביא ד" את והב Propte-  
 rea dicitur IN LIBRO LEGIS, in quo scripta sunt bella domini,  
 additus in seqq. fabula de ETH. & HEBH duobus leprosis in-  
 sidias Edomæorum & Moabitarum, Israelitis nuntiantibus.  
 INTERPRETES ALEXANDRINI: Δια Γουσο λεγεσαι εν βιβλιω  
 πολεμος Γου κυριου την Ζωοβ εφλογισε και τους χαιμαρ-  
 ρας Αρνον. Propterea dicitur IN LIBRO, bellum domini Zoob  
 incendit & torrentes Arnon. VVLGATA, unde dicitur IN LIBRO  
 BELLORVM DOMINI, sicut fecit in mari rubro, sic faciet in tor-  
 rentibus Arnon. SEB. SCHMID: Propterea dicitur IN LIBRO  
 BELLORVM JHOVÆ, Vabebam in Supha & Fluvios (imprimis)  
 Arnonis. CASTELLIO: Propterea IN LIBRO BELLORVM JOVÆ di-  
 citur: res gestas in mari rubro & ad flumina Arnonis. JVN.  
 & TREMELL. id circo dici solet IN RECENSIONE BELLORVM JE-  
 HOVÆ contra Vabebum in regione Suph & contra flumina, (flu-  
 mina) Arnonis; BELGÆ: daerom wordt gesyt IN HET BOECK  
 DER ORLOGEN DES HEEREN tegen Vabeb in eenen Wervelwint,  
 ende tegen de Beken Arnon. LVTHERVS: Daher spricht man  
 in dem Buch von den Streiten des HErrn,  
 das Vabeb in Supha und die Bäche am Arnon, ic. BER-  
 LENBURG: Daher wird gesagt in dem Buch der Kriege  
 des HErrn: daß Vabeb am Schülsmeer, und die Bäche  
 des Arnons, ic. PISCATOR: darum pflegt man zu sagen  
 in der Erzählung die Kriegen des HErrn, mit Va-  
 heb im Lande Suph, und mit den Bächen, den Bächen  
 Arnon.



**Arnon.** GALLI *C'est pour quoi il est dit AV LIVRE DES BATAILLES DE L'ETERNEL, Vabeb en Suphab & les torrens en Arnon &c.* IN VERS. ANTIQVA: POUTANT il fera dit AV LIVRE DES BATAILLES DV SEIGNEVR *ce quil fit en la mer rouge & au fleuves d' Arnon, &c.*

§. II.

Ex difsonantibus his virorum doctorum interpretationibus apparet, *nonnullos*, verba Mosis, de simplici narratione, recensione vel relatione bellorum Jehovah accipere. Hac in sententia sunt præter TREMELLIVM & PISCATOREM, NIC. LYRANVS, CALVINVS noster, PELARGVS (1) AVGVST. STEVCHVS EVGVBINVS (2) CLERICVS ad h. l. & alii. *Alii* agnoscunt in genere quidem librum, sed librum bellorum domini non admittunt, מלחמות יהוה ad sequentem orationem referentes. Sequuntur hanc opinionem ONKELOSVS, VZIEL, ALEXANDRINI, AVGVSTINVS (3). *Sunt* denique qui melius & rectius tuentur, mentionem fieri non in genere libri, sed *libri bellorum Jehovah*, qui tamen in diversa abeunt, quando, quis & qualis hic liber fuerit, apertius declarant. Horum in numero sunt ABARBANEL R. LEVI BEN GERSON (4) DRVSIVS (5) CHYTRÆVS (6) JOH. CHRIST. BECMANNVS (7) SEB. SCHMIDIVS, LVTHERVS cum multis aliis viris doctissimis, qui in enucleandis scriptis Mosaicis fuerunt operosi. Non uno nomi-

(1) In Comment. ad h. l.

(2) In Recogn. ad V. T.

(3) *Quæst. in Num. lib. 4. c. 42. dicitur IN LIBRO, bellam domini Moab inflammavit, & torrentes Arnon, &c. etsi in quo libro hoc scriptum sit non commemoravit.*

(4) In Comment. in Leg.

(5) Comment. ad difficil. Pentat. loc. l. IV. c. 89.

(6) Enarrat. ad h. l.

(7) In dissert. de Bellis domini ubi §. IV. p. 7. *quædam de hoc libro monet.*



nomine hæc ultima sententia sese commendat, quamobrem reliquis omnibus illam præferendam esse existimamus.

§. III.

Quod si enim paullo curatius ad verba Mosis attendimus, illaque ad indolem geinumque linguæ Hebraicæ exigimus ac rem ipsam ponderamus; fateri cogimur de simplici narratione sermonem non esse. Loquitur divinus auctor de **ספר** quod consentientibus Lexicographis omnibus *librum* vel *libellum* ut *epistolam litteras*, &c. in genere denotat: in specie vero, quod observare neglexerunt, *librum historicum* designat, res gestas & memoratu dignas posteris enarrantem, quem vocis significatum ipsa radix **ספר** *narrare recensere*, haud obscure postulat (1) *Clar.* quidem GYSSETIVS in h. v. existimat etiam *recensionem enumerationem* ita vocari, quam tamen significationem *celeb. COCCÆJVS* non vidit, sed quod miramur, nullum exemplum allegat in quo communis significatus retineri nequeat. Demus vero dari loca hunc significatum extra omnem dubitationis aleam collocantia, parum tamen roboris accederet sententiæ, quam impugnamus. Concedent omnes æqui rerum arbitri, esse exempla hæc rarissima, & usum hunc vocis esse insolentiorum. Interpretis vero prudentis officium est, retinere tam diu alicujus vocabuli usum communem & ordinarium, quam diu hoc commode, sine injuria sensus, cohærentiæ, & totius orationis fieri potest, & quam diu nulla necessitas urget ut ad minus sueta & insolentiora confugiat. Necessitas vero notionem *libri* deferendi in hoc loco est nulla, circumstantiæ potius illam sibi vindicant quem admodum ex seqq. clarius patebit.

B

§. IV.


(1) Respondet vocabulo **ספר** græcorum *λόγος* de quo præstantissimi philologi observant, quod passim *librum* & quidem *historicum* denotet. Conf. *Cel. WOLFFII Cur. Crit.* ad Act. I. 1. & *Clar. ELSNERI Obs.* ad h. l. prostant tamen in N. T. exempla in quibus *βιβλος* ei substituitur, ut *Marth. I. 1.*




§. IV.

Novum pondus huic sententiæ accedit ex formula non inusitata loquendi, qua scriptor sacer in loco nostro utitur quæ hæc est: על-כן יאמר בספר *propterea dicitur in libro.* Modus hic loquendi אמר על-כן fine alia positus voce respicit satis notum in vulgus proverbium & subauditur משל Sic 1 Sam. XIX. 24. dicitur: על-כן יאמרו *propterea dixerunt homines scilicet במשל in proverbio an etiam Saul est inter Prophetas, pro quo c. X. 12. legitur על-כן היתה למשל idcirco abiit in PROVERBIUM an etiam Saul est inter prophetas. Gen. X. 9. de Nimrodo hæc habentur על-כן אמר scilicet במשל propterea dicitur in proverbio sicut Nimrod potens venatione coram Febovab. Eodem sensu occurrit 2 Sam. V. 8. על-כן יאמרו *ideo dicunt (homines) cæcus & claudus non ingressurus est hanc domum.* In scriptis Rabbinorum etiam frequentissimi hæc loquendi forma est usus, quando de re in vulgus notissima, vel de singularibus quibusdam celebrioris famæ Rabbinorum sententiis est sermo. Sed quando *אפסולאגיא* additur בספר respicitur litteris exaratum monumentum. Respondet in N. T. aliquo modo Phrasia Paulina *λεγει η γραφη* qua liber Scripturæ citatur 1 Tim. V. 18. nullum exemplum in contrarium allegari potest. Mirum etiam videri poterit nemini, scriptorem divinum in suis commentariis ad alium non mali commatis librum provocare, qui perpenderit, artem scriptoriam illis temporibus satis notam, jam multos & in Ægypto & apud Abrahami posteros peperisse libros. Haud improbili niteremur conjectura, si adtruere conaremur & legendo & scribendo nobilissimas animas in diuturna eremi mora, quando diutius in uno aliquo loco erat subsistendum, otium & tempus fefelisse. Honestam hanc occupationem neminem culpaturum con-*





( 11 )



confidimus, qui, quod viri doctissimi observarunt, consideraverit, vel ipsum populi ducem eo animo suos exarasse libros, ne otiosis & feriantibus Judæis unquam deesset occasio legendi ac meditandi argumenta utilissima & ingenuis mentibus dignissima.

## §. V.

Aliud haud exigui roboris argumentum, respicere Mo-  
sen librum satis illo tempore notum, depromere licet ex ejus  
*continuatione*. Reperire haec licet in ספר הישר Jos. X. 13.  
& 2 Sam. I. 18. commemorato. Non sumus nescii & de hoc  
libro sententiarum esse divortia maxima, aliis fuisse librum  
Practicum vel ethicum pronunciantibus, aliis cum *Kimchio*  
*Farchio* & *Talmude* Genesin vel Exodum esse, pro explora-  
to habentibus. Non vacat jam has sententias sub examen  
revocare, adstipulamur Cel. (1) GLASSIO sive potius TRE-  
MELLIO, hujus enim verbis utitur, licet suppresserit ejus no-  
men quemadmodum alias sæpe fuerunt libri forensium an-  
nualium sive actuum publicorum, qui intercidere ut alii multi  
forenses. Ipsa libri inscriptio ספר הישר, ad quam plurimi  
impingunt, si dextre interpretatur, monet judiciosum le-  
ctorem de argumento. Hæc vulgo vertitur *liber recti*, sed per-  
peram, observante enim Clar. GUSSETIO oreddenda potius est  
*liber rectus*. Sed quid sibi vult liber rectus an forsitan etiam li-  
bri obliqui, aut incurvi exstabant quibus *rectus* erat opposi-  
tus. Fallimur aut genuina translatio est *liber historicus verus*  
id est liber qui complectitur historiam veram. Ne autem  
criticastrosum more hæc dixisse videamur, justum est, ut  
argumentis fidem asserto faciamus. De ספר הישר jam supra §. 3.  
observavimus præcipue librum historicum denotare. Libri  
historici omnium sunt antiquissimi (1) a narrationibus ita vo-

B 2

cati,


(1) *Philol.* S. lib. V. Tr. I. cap. XIV. 1907.(2) Data opera hoc probavimus in schedulis hebdomadariis vel sic di-  
ctis



cati, successu temporis idem nomen & aliis libris, argumen-  
 tum aliquod in suo nexu tractantibus est inditum. Alterum  
 nomen **ישר** tantum non in omnibus Lexicis redditur *rectus*  
*æquus, justus*, sed negligitur significatus *veri*, quem tamen  
 habet sæpissime. **אמרי ישר** apud *Jobum* c. VI. quid sunt  
 aliud quam *dicta vera*, sive ut utamur verbis Clar. Cocceji,  
 sunt *talia dicta in quibus est convenientia cum veritate*. Cap.  
 XXXIII. 3. verba Elihu **אמרי ישר לבי** non satis dilucide a  
*Tremellio* sunt expressa: *rectum animum meum sermones mei*  
 — *eloquentur*. Melius vertuntur, *veritas cordis mei* (erunt)  
*verba mea*, id est verbis meis exprimam quod intime & in cor-  
 de concipio esse verum. **דרך ישרה** est *via vera* ducens ad de-  
 destinatum locum. Esr. VIII. 21. Ecclef. XII. 10. per **כתוב**  
**ישר** ptocol omni dubio scriptum quod veritatem continet,  
 indicatur, explicationis enim gratia additur **דברי אמת** verba  
 veritatis id est vera. Neque abludit hic significatus a græco-  
 rum **σφδωσ**, scribunt enim *Budeus, Tusanus* & reliqui aucto-  
 res in suo Lexico, *significat aliquando verum, unde quod Pla-*  
*to dixit: σφδωσ ερον εσι λεγειν, Cicero vertit dictu verius &*  
*melius*. Ex N. T. huc pertinent loca *Luc. VII. 43. σφδωσ*  
*VERE judicasti. c. X. 28. σφδωσ VERE respondisti. c. XX. 21.*  
*σφδωσ λεγεις καὶ διδασκεις,* & alia. De Latinorum **RECTVS**  
 idem observat *GESNER*. in *Thef. Vol. IV. p. 124.* hinc fit ut  
 sæpissime **rectum** & **verum** conjungantur, quod insolens esse  
 nequit cum *σφδωσ η αληθεια αυ* quod verum est, **rectum**  
 est semper. Quis jam non videt, hunc significatum ad rem  
 præsentem optime quadrare. Fit sermo de libro historico  
 cujus primaria virtus est veritas. Miracula in solis & Lunæ  
 cursu per omnipotentiam divinam tempore Josuæ patrata  
 erant vera, sic etiam facinora heroica Saulis & Jonathanis,  
 qui-

Etis Intellig. Duisburg. Ao. 1754. Argumentati sumus præcipue ex  
 hieroglyphico scribendi genere, quod omnium est antiquissimum,  
 per quod ligata & metro adstricta oratio non potest exprimi,





quibus Iessum cecinit David erant verissima. Hæ historiæ autem partem constituebant hujus libri, quemadmodum loca superius citata probant. Colligere hinc licet & alios tempore Josuæ historicos vixisse, studio non contemnendo & maximo rei reipublicæ Judaicæ bono, rerum gloriose a Josua divino præsidio suffulto gestarum memoriam scriptis monumentis conservantes. Quid impedit igitur quo minus idem statuamus de tempore Mosis cujus vestigia pressit Josua, dignissimus ejus successor, præcipue cum Moses non secus ac Josua ad talem librum ableget lectores. Hoc posito est clarum librum alterum alterius esse continuationem. Enarrabat nempe quæ post obitum Mosis gesta erant publice.

### §. VI.

Non urgemus argumentum, quo militat eruditiss. DRVIVS, (1) citari nonnullos versus integros, quod ex catalogo vix factum sit. Non est simpliciter elumbe, habet suos nervos & poplites, sed tum demum quando libri existentia est evicta, alias nihil probat. Ufu enim est tritum, & scriptoribus omnibus solemne, ut quando ad proverbium aliquod in vulgus notissimum provocant, illud allegent, sive sit prolixum sive Laconice dictum, non curantes. Et cum citati a Mose versiculi integri, adeo prolixi non sint, jure quæstio moveri possent, quare non ex simplici narratione litteris non commissa potuerint hauriri; præcipue cum experientia condoceat, quod versus profundius sese imprimant memoriæ, & quod illos facile reddat. Hanc ob causam missum facimus hoc argumentum, persuasi sufficere allata ad demonstrandum, respicere Mosen, certum aliquem librum illo tempore satis notum.

B 5

CA-

(1) *Comment. ad diff. loc. Pentat. lib. 4. c. 39.*



CAPVT II.  
DE  
ARGVMENTO LIBRI

§. I.

Argumentum libri erant מלחמות יהוה *Bella Domini*. Non desunt, quemadmodum §. 2. vidimus, interpretes, quibus eruditionis laus non deest, qui hæc verba ad seqq. orationem trahunt, imitati ONKELOSVM & ALEXANDRINOS. Sed obstant plurima quæ nos prohibent calculum nostrum adjicere huic sententiæ. Impedit I) Accentuatio, post verba על-כן יאמר בספר non conspicitur accentus distinctivus major, qui demum voci Jehovahæ adhæret. Adest tantum, *Tiphcha non anterior*, qui raro admodum distinguit, & ut volunt accentuationis periti, qui pro signis hermeneuticis hos apices habent, monet ideas conferendas esse usque ad Athnachum vel Sillukum. Huic argumento equidem multum, de divina origine accentuum minime persuasi, non tribueremus, si alia in promptu non essent. Licet enim negari nequeat inventorem accentuum (si unius viri est opus) veratissimum fuisse in sacrarum paginarum scrutinio, cujus judicio multum est tribuendum, tamen homo fuit, qui sibi non semper ab errore cavere potuit. II) Res ipsa hoc non patitur. Extra omnem dubitationis aleam est positum, allegare Mosen librum. Sed quia multi alii libri illo tempore jam erant exarati, non potuit non librum, quem in oculo habebat, suo nomine indicare, quod prudentis est scriptoris, ne lector in suspenso & dubio teneatur quo in volumine rem citatam evolvere debeat, quod si vero verba מלחמות non referantur ad ספר hoc nomen deest. III) Verba *Bella Domini* commode ad sequentia trahi nequeunt, quis enim



enim est sensus orationis: *Propterea dicitur in libro: Bella domini Vabebum in Supha & torrentes Arnonis.* Videntur hoc vidisse interpretes, qui ut malo medelam adferrent, aliam lectionem sunt commenti, ut LXX. Bellum Domini INFLAMMAVIT Zoob, (1) vel ex suo cerebro quædam explicationis ergo textui intruserunt ut *Cbaldei*, Bella quæ fecit dominus, vel in libro legis IN QVO SCRIPTA SVNT *Bella Domini*. Omnia vero sunt clara si hæc verba continent libri inscriptionem, tum enim seqq. verba, continent partem carminis occasione stationis ad Arnonem scripti, quod in hoc libro bellorum domini legebatur.

### §. II.

Quid vero sint *Bella Domini*, prolixè nos docet supra laudatus CHRIST. BECMANNVS, qui hoc argumentum exhaustum videtur. Hic in specie illa bella intelligenda veniunt quæ vivente Mose præcipue in Arabia sunt gesta. Merito vocantur hæc bella Jehovæ, partim quia DEUS immediate pro populo suo miraculose pugnavit, ut contra Pharaonem, Exod. XIV. 14. partim quia jussu & auctoritate Dei & ipso duce exercitus sui populi Israëlitiçi gerebantur. (2) Ab his bellis liber donominationem accepit, non ac si tantum pugnae

- (1) *Cel. CLERICVS* ad h. l. dicit: LXX. *interp. legerunt* זֹבָב *Zobab* pro וָבֵב *Vabeb* & כִּסּוּפָה *vertierunt* εϕλογισε *nescio quare.* Legisse potius videntur pro וָבֵב, לָהֵב quæ radix in Lingua Arab. superstes olim significabat *inflammavit* εϕλογισε & כִּסּוּפָה *converterunt* in ζωοβ, ס mutato in Z.
- (2) Assensum non meretur ABARBANEL in *Comment. ad b. l.* quando dicit librum bellorum domini fuisse inter gentes exteras, & bella quæ per universum terrarum orbem sint gesta continuisse, dicta autem esse *bella domini*, quia omnia bella sunt a domino & per ipsum. Neque probamus sententiam *Clar. BECMANNI* l. c. p. 21. §. 15. existimantis etiam bellum Abrahami contra quatuor Orientis reges, gestum & filiorum Jacobi contra Sichemitas, quod tamen diro carmine devovit Jacobus, posse vocari bella domini.




gnæ, conflictus in acie cum hostibus, locorum urbiumque oppugnationes & expugnationes, castrorum metationes & similia ejus fecissent argumentum; nam & reliqua Israëlitarum fata quæ in deserto, & quidem in singulis stationibus contigerant, ejus partem constituebant. Sic verbi gratia, miraculosa aquarum productio carminice celebrata in hoc libro legebatur, quemadmodum v. 18. commemoratur. Complectebatur hic liber ut paucis rem dicamus Annales publicos Israëlitarum in Arabiæ solitudinibus errantium, quos deinceps alii continuarunt. A bellis vero denominatio est petita, vel quia primarium ejus erant argumentum, vel quia forsitan hæc verba מלחמות יהוה אני אשר in fronte libri legebantur, quemadmodum apud VIRGILIUM *Æneid. lib. I.* Arma virumque cano. Antiquitus enim libris sua nomina à primis vocibus sæpissimæ, licet non semper, indita fuisse neminem lateret.

§. III.

Differebat vero historia fatorum & bellorum populi Judaici in hoc libro enarratorum a descriptione Mosaica. Nam provocat & ablegat Moses ad illam lectorem, (1) quod frustraneum fuisset, si nec plura nec pauciora, sed tantum eadem fuissent tradita; hoc in casu enim haberi deberet pro descriptione historiæ Mosaicæ, & oleum operamque quis perderet si in hoc libro quæreret res memoratu dignas in castrametatione ad vadum Arnonis, nam silentii peplo illas involvit Moses provocando ad hunc librum. Hoc tamen non ita dictum volumus, ac si non quædam ad verbum ex Mosaica descriptione in hunc librum sint transmissa, fuerunt omni-

(1) Cel. COCCEJVS in Comment. ad hunc locum dicit, librum bellorum domini non citari a Mose, sed a viro Dei qui sermones Mosis & historiam ejus collegerit: librum enim eo tempore scriptum, notum fuisse Israëlitis. Quia vero hanc suam sententiam vir immortalis memoriæ solidis argumentis non adstruxit & hypothesis de viro Dei nobis periculosa videtur, illam deserere cogimur.





omnino talia, quemadmodum statim pluribus dicitur. Diverſitas autem hæc quærenda eſt aut in rebus ipſis geſtis, aut in modo illas deſcribendi. In rerum ſumma concordẽ fuiſſe nobis videntur Moſes & auctor hujus libri. Nam ſi hic aliis & Moſaicis relationibus contrariis vel fabuloſis paſcere lectores voluiſſet hitoriis, nunquam ejus monumenta commendafſet Moſes veritatis amantiſſimus, ſed potius ut ſibi ab his commentariis caverent Iſraëlitæ, ſevere edixiſſet. In modo igitur eaſdem res deſcribendi a ſe invicem diſcrepaſſe videntur. Duo vero auctores idem argumentum tractantes, ſalva ſemper manente veritate, a ſe invicem differunt, quando aliis verbis alio ordine methodo & nexu rem tradunt quando circumſtantias, quas hic brevitati ſtudent data opera omittit, ſupplet alter, quando non eodem fine ſuas litteris concedunt narrationes. Scopus quem in oculo conſtanter in ſuis libris habuit Moſes erat, ut implementum promiſſionum patribus a Deo de poſſidenda Canaane factarum, per partes oſtenderet. Hinc obſervamus quod in deſcribendis promiſſionibus, huc facientibus & conditionibus, ſub quibus hæc terra erat poſſidenda, cum gravitate orationis, virum divinum decente, conjungat prolixitatem. Quia vero per varios gradus, exanthlatis itineribus moleſtiſſimis, & belli laboribus difficiliſſimis, promiſſa cæleſtia ſuum ſunt nata implementum, has & ſimiles circumſtantias, quas hitoriæ veritas poſtulabat, non potuit ſimpliciter negligere; ita igitur temperat ſtilum ut ſumma capita rerum, breviter & concifo orationis genere tangat. Scopus vero libri bellorum Jehovæ fuiſſe videtur, Judæos ad facinora heroica excitare, memoriam fortiſſimorum virorum, qui his vel illis occaſionibus ſtrenue decertaverant conſervare, & exactam rerum geſtarum cum omnibus ſuis circumſtantiis deſcriptionem ad poſteros tranſmittere. Hunc in finem eaſdem quidem enumerat res quas Moſes, eadem bella, ita tamen ut circumſtantias negligeret nullas. Nominavit igitur ſingularum tribuum in bellis duces, quomodo aciem inſtruxerint quo, ordine hoſtem ſint adorti, quid fecerint terga dantibus hoſtibus

C

ſingu-




singulatim exposuit. Non neglexit injicere memoriam casuum singularium hujus vel illius Israelitæ, fortitudinis militaris ege-  
gium exemplum reliquis commilitonibus quod imitarentur  
dantis: quæ spolia hostibus sint detracta, quomodo divisa.  
In his igitur liber Bellorum Domini differebat a Mosaicis  
relationibus, salvo interim manente in summa rei consen-  
su utriusque.


§. IV.

Scripta vero erant hæc omnia partim stilo historico,  
partim metro erant ascripta. Stilo historico enarrata fuisse  
plurima, res ipsa postulare videtur. Est enim facillimus ad  
docendum; variarum enim imaginum picturis animum ad  
alia contemplanda abripientibus & ad oblectationem spectan-  
tibus, non indulget. Monere hoc videntur etiam verba in  
nostro loco Y. 14. 15. citata, quæ carminis speciem præ se  
non ferunt; desunt enim ὁμοιοειδέα, ejus indices. Car-  
mina vero multa inserta fuisse non est quod dubitemus, spe-  
cimen enim carminis, quod disposuit Clar. CLERICVS, sese  
offert versu 17. & 18. &c. Observavit hoc etiam illustris  
GROTIUS, quem citat Cel. BECMANNVS in *diff. supra laud. p. 8.*  
pronuncians, *carmina quædam vetusta, quibus res gestæ in-  
signes, celebratæ fuerunt intelligi*, qui tamen a nobis differt,  
quia historicas narrationes & a metri legibus liberis exclude-  
re videtur. Solebant namque veteres, facta heroica & alia  
carminice celebrare, cujus moris exempla sunt obvia. No-  
tissima enim sunt carmina *Mosis & Mirjam* Exod. XV. 1. 20.  
*Deboræ & Baraci* Jud. V. 2. f. Israelitarum prostratis *Go-  
liatho & Philistæis* 1 Sam. XVIII. 7. De Germanis nostris  
hunc morem laudat TACITVS de *Mor. Germ. c. 11.* carmina  
enim antiqua Annalium loco ipsis erant, quæ juventuti edi-  
scenda tradebantur a Druidis. Erant autem hæc carmina  
non ejusdem commatis, quædam ex immediato spiritus S.  
adflatu erant profecta, alia ex ingenio humano erant enata,  
digna tamen quæ conservarentur. Prioris generis carmina  
lecta





lecta fuisse in libro bellorum domini docet Iesus funebris in obitum Saulis & Jonathanis dictante spiritu a Davide, compositus, qui libro  $\gamma\psi$  de quo supra adstruximus continuatio- nem esse libri nostri, erat illatus, quem etiam habemus 2 Sam. I. 18. 19. Quia vero spiritum Sanctum auctorem habebat, etiam in libris sacris locum debuit obtinere suum. Hinc nobis fit probabile canticum Moſis cum reliquis divinis, etiam huic libro fuisse inserta, simul ratio patet, quare primi versiculi tantum recitentur aliorum carminum a Moſe, erant scilicet humani ingenii fetus.



CAPVT III.  
DE  
LIBRI AVCTORE.

§. I.

Quis auctor libri fuerit, vel an plures in illo pertexendo, quod non improbable videtur, fuerint occupati, ænigma est, cui solvendo pares non sumes. Citant veteres libros ipsos, auctorum nomina parum curantes & ut plurimum reticentes. Quomodo hæc nomina allegare potuissent, cum ipsi auctores a vastu & jactantia sequiorum temporum alieni, sua nomina non præfigerent libris. Quemadmodum antiquis libris deerant tituli & inscriptiones, ita etiam desiderantur nomina auctorum. Hinc tot vanæ altercationes de vetustissimorum librorum & carminum auctoribus, & titulis vel inscriptionibus inter viros doctos & litteratores oriuntur, quas ne Salomo quidem, cui jam suo tempore librorum multitudo erat onerosa, sedaret. Certum interim est auctorem minime fuisse ex alienigenis gentibus, quod vult ABARBANEL in loco supra a nobis adducto, qui præpostere historicos fingit universales, totius orbis res gestas & bella descri-

C 2 ben-




bentes, sua tempora perperam confundens cum antiquis illis de quibus loquimur (1) fuit Judæus ex posteris Abrahami hoc ipso tempore vivens, testis & spectator eorum, quæ in deserto contigerunt.

§. II.

Non fuit vero auctor hujus libri ex fæce populi Judaici, sed pro temporum ratione vir eruditus rerum & scientiarum notissimarum probe gnarus. Rari admodum tales fuerunt inter Judæos, cum Ægyptum potenter in libertatem vindicati, relinquerent. Maxima populi turba erat rudis & a bonis litteris & moribus aliena, quæ cum libertatis jactura ingenuum animum amisisse, fervilemque indolem induisse videtur, cujus varia documenta in historia Mosis occurrunt. Jugum fervile omnium cervicibus imponebatur, & ad vilissima opera manuarum, fossas Nili ducere, Pyramidum insanas moles extruere, urbes munire, & in laterariis laborare, non sine crudelitate adigebantur, & vix spatium miseris ad respirandum & ad reficiendas exhaustas vires concedebatur. Quomodo in tristissimo hoc statu familiaritatem cum Musis & bonis litteris, quietem hilarem frontem & animam ab aliis curis vacuam amantibus, contrahere potuissent. Exactorum infaustum nomen, & pertimescenda verbera ad stipulas potius, quam scientiarum bonarum fructus colligendos impulerunt. Liberi ab his operibus molestissimis non erant, quam qui alios suis sumptibus clanculum ad opus demandatum implendum sibi surrogare poterant. Debit igitur his de causis virorum doctorum proventus inter Judæos esse carissimus, & forsitan præter capita familiarum, nulli bonarum litterarum scientia erant tincti. Non obscure hinc discimus, auctorem nostrum terræ filium non fuisse, sed virum spectatum, nobilem & opibus minime destitutum. Ad quem

(1) R MOSES NACHMANIDES consentit cum Abarbanle & vult hunc librum scriptum esse a sapientibus illorum seculorum & continuisse in genere res gestas & bella maxime memorabilia.





quem nam vero tribum genus suum retulerit, determinare non audemus (1). Probabile tamen nobis videtur, ex posteris *Naphtbali* fuisse. Celebrantur enim hi ob oris facundiam, & litterarum studia a Judæis. Trahunt etiam huc ex interpretibus nonnulli vaticinium *Jacobi*, Gen. XLIX. 21. de *Naphtbali* canentis, הנותן אמרי שפר *qui dat verba amœna*. Rectius tamen de prædicatione Jesu Christi & Apostolorum, tuba Evangelii in Galilææ urbibus clangentium (2) explicatur.

### §. III.

Impendit vero in historia sua petexenda omnem industriam, & omne studium, alias enim si superfunctorie exarata fuisset, nunquam illam commendasset & ad illam non respexisset Moses in divinis suis commentariis. Colligimus hinc testem fuisse oculatum & attentum, rebus ipsis dum agerentur interfuisse, & credulitate minime fuisse delusum: veri amantissimum fuisse & pium, qui religioni sibi duxit fictis narratiunculis imponere mundo. Israëlitis enim illo tempore viventibus fucum talibus objicere non potuisset, quos experientia propria veriora docuisset. Animum vero ad scribendum appulit ex imitatione Ægyptiorum. Apud hos enim sacerdotes in Deorum templis rerum gestarum, & scientiarum

C 3

(1) Forfitan auctor fuit ex numero LXX. Seniorum, quibus spiritus sanctus est a Domino impositus, ut Mosi in populo regendo essent ad manus. Nam hi erant ad conscribendos 1) publicos Commentarios idonei 2) publica populi negotia ad quæ & hic labor pertinebat, tractabant 3) testes erant & spectatores eorum quæ gerebantur, & omnium optime de illis judicare poterant. 4) Propter auctoritatem quam habebant apud populum etiam ipsorum Commentariis deesse non poterat. 5) Legimus Num. XI. 26. quod prophetaverint, id est quod hymnis & Canticis celebraverint Deum. Carmina autem in hoc libro legebantur.

(2) Pluribus hoc ostendunt WITSIVS in *Oecon. Fed.* lib. 4. c. 3. §. 28. PETR. ZORN *Bibl. Antiq.* pag. 671. HEIDEGG. in *Hist. Parr.* Part. II. *Exer.* 23. p. 782. præcipue HASÆVS in *Syll. diff. dissertatione* II. pag. 58. seqq.




riarum utilissimarum, humana industria inventarum memoriam, ne oblivioni tranderentur, per publicos Annales conservabant. Non ignotum laudabile hoc institutum, tot veterum encomiis celebratum, Israëlitis, qui per plurimos annos in Ægypto habitaverunt, esse potuit. Minime dubitavit igitur auctor hoc ad imitationem trahere, & in usum populi Judaici feliciter convertere. Forſitan etiam ipse Moſes ſuaſor & auctor ipſi exſtitit ad utiliffimum hoc opus adgreſſendum; Saltem inſcio & inconfulto Moſe, liber Israëlitarum manibus traditus non eſt.

§. IV.


Ex iis quæ diximus, judicare licet *de ſcopo*, quem in animo habuit auctor. Alius eſſe non potuit, quam ut rerum geſtarum memoriam fideliter ad poſteros transmitteret, fortiſſimorum ducum & exercitus facinora heroica, laudibus & encomiis efferret, & ad meditantam divinam providentiam ſaluti Israëlitarum ſemper invigilantem, copioſiſſimam ſuppeditaret materiam: præcipue ut ipſorum animos inflammaret ad virtutem bellicam, ad conſtantiam & ad magnas res moliendas, contra communes hoſtes ab aditu Canaanis violenter arcentes. Hic enim librorum historicorum, res bellicas tractantium, dos eſt ſingularis, ut aculeum relinquunt, mentibus ad aliquid audendum pronis alte infixum, ad magna, excellentia & heroica facinora vehementer exſtimulantem. Quod ſtatuarum heroum artiſcioſe dedolatarum & ſculptarum raro admodum efficiunt in mentibus ſpectatorum, historiſtilis vivis facta illuſtria pingens coloribus aliud quaſi agendo conſequitur ſæpiſſe. Exercitum Israëlitarum jam luſtrantes, qualis erat cum Ægypti ſolum vertere cogeretur, vel ſine Cleanthis lucerna videmus bellicoſum non fuiſſe, ſed timidum. Vagientium enim infantium more ad adſpectum perſequentium Ægyptiorum clamat totus populus, & præoptaſſet priſtina vincula quam ut manum cum hoſtibus conſereret, niſi immediato auxilio divino fuiſſet in tuto col-

loca-





locatus. Noluit autem Deus vitio populi semper per miraculum intercedere, hanc ob causam animus ei paulatim erat addendus, mediaque huc facientia commendanda, ex quibus non infimum est lectio librorum bellicas res prosequentium. Culpandus igitur auctor noster non est, sed propter librum quem exaravit omnem meretur laudem.



CAPVT IV.  
DE  
LIBRI DIGNITATE  
ET  
AVCTORITATE.

§. I.

**L**ibrum Bellorum Domini fuisse ultimum Israëlitis in Arabia errantibus nemini potest esse dubium. Commendabant illum argumenti dignitas & præstantia, præcipue vero auctoritas Mosis ad hunc librum provocantis, qui librum mali commatis, inutilem & spongia dignum suo suffragio nunquam probasset. Quia vero ad hunc librum lectorem ablegat Mosis, colligere haud obscure possumus, satis notum fuisse omnibus Israëlitis, & ab omnibus singulari cura & studio fuisse lectum. Frustra enim commendasset librum rarissime obvium & paucorum manibus tritum, & hætenus ad stipulamur Cel. Coccejo de hoc libro in *loc. supra add.* iudicante, fuisse illo tempore hunc librum Israëlitis notum. Diu etiam superstes fuisse videtur, Davidis enim tempore adhuc volvebatur *Continuatio* ejus *Sepher Hajaschar*, & novis accessionibus ab ipso augebatur, quod clarissimum indicium est proceres Judæorum curam gessisse hujus libri, quemadmodum sic Persarum reges sua cura dignum judicabant, publicos Annales custodire & memorabilium rerum accessionibus lo-  
cuple-




cupietare. Perit tandem. Quo tempore, quave occasione hoc sit factum, definiri certo nequit, licet non sit improbable factum hoc esse tempore Captivitatis Babylonicæ, hæc enim & rei litterariæ & publicæ Judæorum funestissimam intulit cladem.

§. II.

Perire etiam sine ullo ecclesiæ damno cum aliis multis potuit, utpote qui *divinus non fuit*, neque unquam in cano- nem receptus ab ecclesia Judaica. Non facimus cum multis patribus & magni nominis viris doctis, per adflatum divi- num hunc librum scriptum & canonicum fuisse, contendenti- bus, quorum satis prolixum catalogum si animus esset per- texere possemus. Inscriptio hujus libri, Liber bellorum Je- hovahæ ipsos impulisse videtur ad conjectandum, Jehovaham, au- ctorem excitasse & scribendi materiam ei inspirasse, quæ con- jectura aliquid ponderis ex Mosis citatione accipiebat. In ecclesia R. Catholica hæc sententia est universaliter recepta, & hinc inter alia probare ejus doctores se posse putant, im- perfectam esse sacram scripturam; quemadmodum in omni- bus purioribus Theologiæ compendiis & systematibus plu- ribus docetur. Sine ullo autem veniæ præfamine, hanc sen- tentiam ut fundamentis solidis destitutam repudiamus, jure postulantes, ut sepositis auctoritatibus, argumenta proferan- tur, divinum fuisse librum demonstrantia, quod hucusque a nemine est factum. Solam enim libri inscriptionem deno- minationemque ac citationem non sufficere ut liber aliquis divinitus inspiratus credatur, est monitum generale tantum non omnium theologorum, qui sciunt *Epimenidis* & *Arati* sententias etiam Tit. I. 12. Act. XVII. 28. a Paulo adduci. Qui composito gradu hic nobiscum in arenam descendere vult, hæc distincte capita evincere debet 1) non humano consilio sed per immediatum spiritus Sancti adflatum scri- ptum fuisse 2) eo fine inspiratum fuisse, ut ecclesiæ ad com- munem utilitatem & consolationem, tanquam norma fidei & pietatis traderetur, 3) ecclesiam Judaicam hunc librum pro divi-





divino agnovisse, & eundem ei honorem ac reliquis libris sacris derulisse. Quam diu tria hæc evicta non sunt pro libro divino nullo modo est habendus.

### §. III.

Ex altera parte probabiles non desunt rationes, hunc librum in ordinem librorum humanorum referendum esse suadentes. Nam I. Argumentum libri de quo supra diximus, parum conveniens est libro divino. Revelatio enim bella docere non debet, neque res solum humano consilio gestas, sed potius ejus officium est monere, quomodo Diabolus, illecebræ hujus mundi, & concupiscentia prava debeant expugnari, & debellari. Arma enim militiæ nostræ non sunt carnalia; & quod primum est, debet ducere ad Redemptorem. De Redemptore vero in hoc libro nihil legebatur, alias enim propter hoc ipsum, liber per providam Dei curam conservandus fuisset, quemadmodum reliqui qui de Messia quædam vel directe vel indirecte, monent sunt custoditi. Legimus quidem etiam in libris veteris Testamenti, historias bellorum, & prophetæ spiritu vaticinatio acti, illa nonnunquam delineantur antequam gerebantur. Ast non solas res bellicas tractant sed præcipuum argumentum est Messias, salus & justitia peccatoris, neque illas fuscè persequuntur, sed obiter tantum non sine sapienti ratione illas tangunt, ut tanto melius de rei veritate constaret, & ecclesia ad gratum animum pro liberatione præstita, demonstrandum excitaretur; ut ad constantiam, patientiam vigilantiam & pietatem provocaretur contra impendentia mala, & fata adversa: ut de cura Dei gratiosa erga pios & de justitia ejus erga impios convinceretur, ut intelligeret implementum variorum vaticiniorum & qui alii sunt fines. II) Ecclesia Judaica, cui oracula domini concredita fuerunt, non idem sensit de hoc libro, quemadmodum testimonia passim a nobis adducta testantur. Si autem liber divinus fuisset, omnium optime prisca hæc ecclesia hoc scire potuisset, partim ex Prophetarum antiquorum testimoniis, partim ex criteriis intrinsicis libri, divinitatem ejus manife-

D

stan-



stantibus, evoloere enim illum potuisset usque ad exilium Babylonicum. Recurrere etiam ad templum licebat, nam libri sacri, in sancto sanctorum ad latus arcæ fœderis reconditi erant, omnem dubitationem atque fluctuationem hoc modo superare facile potuisset. Quia igitur hæc ecclesia nihil certi habuit de hujus libri divina auctoritate, immediate a Deo esse non potuit. III) Denique periit liber, & fatum commune cum libris aliis humanis subiit. Quod si vero divinus fuisset nunquam periisset. Nam libri quos Deus inspiravit, ad communem totius ecclesiæ omnium temporum usque ad fines seculorum, utilitatem tradidit. Si alia non adessent argumenta, liber *Judicum*, *Ruthe*, *Estheræ*, *Esra*, *Nebemæ* & *Tbreni Jeremiæ* hoc extra omnem dubitationem ponerant, qui omnes integri & salvi ad nos pervenerant. Fuit igitur scriptum humana industria & consilio confectum, utile in republica Judaica ad certum usque temporis tractum, quod Deus interire passus est, ne propter canam suam ætatem æquipararetur divinis Commentariis Mosis & ne homines ingenio suo abutentes hinc ansam occasionemque arriperent insultandi & contradicendi summo huic Israëlitarum duci. Et cui bono etiam conservatus fuisset hic liber! cum quantum e re nostra est scire, de bellis ab Israëlitis gestis, in  
 Libris Mosis quotidie legamus.

T A N T V M.

THESES DEFENDENTIS.

- I. Vera contradiçiones in S. S. non occurrunt.
- II. Miracula sunt certa divinitatis signa.
- III. Ergo neque diabolus, neque homo, miracula vera patrare possunt.
- IV. Tentator fuit ipse diabolus, non vero serpens.
- V. Anima fidelium statim post mortem fruuntur gaudio cœlesti.
- VI. Terminum vite fixum statimms.
- VII. Nulla fides est salutaris nisi illa que hausta est ex revelatione.
- VIII. Deus non potest producere rem infinitam.
- IX. Totam Carechesein Heidelbergensem defendendam suscipimus.
- X. Paradisus terrestris hodie non est superstes.
- XI. Diversi post hanc vitam gloria, diversi quoque poenarum erunt gradus.

Dam




\* \* \* \*

**D**um Tua post reliquos nunquam ponende sodales!  
Ardua sedulitas jam monumenta parat;  
Ut tantis quondam fors digna respondeat ausis  
Ad precor & voveo mente manumque Tibi.

*Hæc pauca amico suo admodum dilecto ad-  
posuit*

**B. v. RODENBERG, J. v. C.**  
Clivenfis.



\* \* \* \*

**S**elig! wenn gereizt durch tausend Gestände,  
Die man in diesem Ganzen sieht,  
Die Weisheits-volle Macht der schöpferischen Hände  
Zur billigen Verwundrung zieht.  
Wer, wenn er sich mit Fleiß der löblichen Begierde  
Dies All zu kennen, anvertraut  
In jeglichem Geschöpf erkennt des Schöpfers Würde,  
Und dessen Bild im Kleinsten schaut.  
Jedoch noch seliger! wer durch die höhere Sätze  
Der höchsten Weisheit wird gerührt,  
Und wen das kräftige Wort im heiligsten Gesetze  
Zur Andacht und zur Ehrfurcht führt.  
Du mein geehrter Freund! dringst in die tiefe Lehren  
Der göttlichen Gelahrtheit ein,  
Dich lehrt zwar das Geschöpf den Schöpfer zu verehren,  
Doch Gottes Wort wird kräftiger seyn.  
Durchsuche fernerhin, mein Freund, die viele Spuren  
Wo sich des höchsten Macht erhöht,  
Wo täglich würdges Lob von seinen Creaturen,  
Ihm, ihren Ursprung nie entsteht.  
Den wird Er, wenn Du Dich, mit einem heiligen Triebe  
Zu seinem Dienste hast geweyht,  
Dir zeigen ohne Maaß die Grösse seiner Liebe,  
In Zeit und in der Ewigkeit.

*Hiemit hat seinen werthen Herren Vetter,  
seine Ergebenheit zeigen wollen*

**C. W. R. SCHOLTEN,**  
Med. Cand.

Quid



\* \* \* \* \*

Quid juvat immunem belli cessare juventam,  
Prælia nec forti docta movere manu?  
Surgis at ingenti conatu, care sodalis!  
Omnia pacifica pulpita lite sonant.  
Quas referam, tanto dignas certamine laudes  
Jam premit, en! victrix parta corona caput.  
Usque triumphales cingant Tua tempora lauri  
Auspiciis Domini bella geratque Tui.

*Sic amico suo accinebat*

**J. C. F. BAVMANN,**  
Duffeldorfiensis S. Litt. Cult.

\* \* \* \* \*

|                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                               |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                       |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>Quando profectus specimen subasti<br/>Omnium donas oculis amice!<br/>Lætus optatis avibus patrandos<br/>Gratulator ausus.<br/>Sic pedem fas est celerem per altum<br/>Ferre scripturæ pelagus, nec unquam<br/>Quem sacraſti ſtudiis laborem<br/>Trifte dolebis.<br/>Dormiunt ſegnes, quibus anteaſtæ<br/>Laus placet vitæ, pretioſa ſemper<br/>Ars tibi quævis, &amp; honeſta cara<br/>Cura manebit.<br/>Perge, qua mentis jubet injunctæ<br/>Entheus fervor! vigilem per omnes<br/>Mitte doctriſas animum profecto<br/>Magna miſantem.<br/>Haud enim fallor, neque ſpes inepte<br/>Vana blanditur, fore, magna patris</p> | <p>Ut tibi prudens imitanda dona<br/>Eſſe rearis.<br/>Eſt, quod illuſtres Tua mens triumphos<br/>Speret, inſignem ſimulac movere<br/>Cœperis litem, velut eruditæ<br/>Fretus arenæ.<br/>Prœliis quem blanda ſuperiorem<br/>Sors ſemel fecit, furias retundit<br/>Hoſtium, quorum didicit phalanges<br/>Sternere fortes.<br/>Euge conatus hilares, amice!<br/>Explices! mentem dubiis ſerenam,<br/>Pectus oſtandas varia decorum<br/>Cognitione.<br/>Nulla turbabit cathedræ, ſocique<br/>Nulla majeſtas! hominum perinde<br/>Vanus eſt terror citus ergo docta<br/>Perſice cœpta.</p> |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

*Sic Domino defendendi adplaudere  
voluit*


**P. C. ENGELS,**  
S. S. Th. & Phil. Cult.




Index.

- 1.) Jo. Henr. Lidenbroff (J.P. C.B. Michaelis) de Nominibz, Numero, Divisione & Ordine Librorum S. Vet. Test.
- 2.) Jo. Frid. Gotta Examen nova Whistonii hypothesis de Codice Ebr. ex Josepho emendando.
- 3.) Christoph. Aug. Bodii Interpretatio Commentis 1. ex Cap. 1. Genes.
- 4.) Frid. Theod. Mülleri (J.P. J. C. Kocheri) Arbor cognitionis boni & mali cum Arbore Vita collata.
- 5.) Christoph. Andros Obbarii Singulareu Capus Adamitici & Protoplasti non per Ede Adogoniceas Capis.
- 6.) Paul. Christoph. Fritzsche (J.P. J. G. Pöschel) de sacrificiis Caini & Abelis ימים קדמין oblatas.
- 7.) Jo. Meisnerus de Confessione aringarum Babylonica.
- 8.) Christ. Guđst. Gräbenerus (J.P. H. Klaußing) de מורה [150] ad Gen. 22. 6. 7.
- 9.) Berth. Sandtziß (J.P. Th. J. Ammendorff) de Melchizedeco.
- 10.) Tod. Guil. Pagenius (J.P. J. N. Nageli) de Culpa uxoris Loti. Gen. XIX. 26.
- 11.) Christoph. Wölle de Singularem Facto ac Fato uxoris Loti Gen. XIX. 26.
- 12.) Eman. Ben (J.P. Rod. Rodolphi) de Benedictione Juda. Gen. XLIX. 8-12.
- 13.) Jo. Aug. Fabricius (J.P. J. de Balthasar) de Yehi'ino Jacobi Gen. XLIX. 10.
- 14.) Jo. Sal. Semlerus de Patriarcharum ut in Palaestina sepelirentur desideris.
- 15.) Jo. Jac. Pitt de Gloria Dei in Promulgatione Legis Sinaiica a blasphemis quorunda vana Rel. Hebraeam calumniis vitiata.
- 16.) Jo. Gottl. Sackmann (J.P. J. C. Hebenstreit) de Sabbatho ante Legem Mosiacam existentem.
- 17.) Sebaldus Davius de his quae ex Arabia in usum Tabernaculi fuerunt petita cum Profatione Jo. Matth. Schroack de Veris rationibus Arabi Linguarum Orientalium.
- 18.) Jonath. Mellerus (J.P. J. S. Renzi) de Sudaenorum veterum Saltationibus Religiosis; ad Exod. XV. 14. & XXXII. 6. 19.
- 19.) Christ. Era. Schmidtus (J.P. J. C. Hebenstreit) de sacrificiis a perjuris offerendis. Lev. V. 20-26.
- 20.) Tac. Ode de Anno Hebraeorum Jubileo.
- 21.) Joh. Jak. Migonilic bon dnu Hra. Gynsalzan Mosel, consp. dia Gynsalzan in dia usq. Gynsalzan in dia usq. Gynsalzan in dia usq.
- 22.) J. Telemann dicitur Schenitz de Serpentibus Venentibus.
- 23.) Phil. Jac. Ammendorffius de Libris Bellorum Domini.
- 24.) Paul. Theod. Carpovii Illustratio variorum S. S. locorum ex Lege. Ne in dulo Vis. Deut. XXXII. 5. Diff. Prior
- 25.) \_\_\_\_\_ Diff. Secunda.
- 26.) Jo. Godm. Valterus (J.P. J. C. Hebenstreit) de Equila Natana ex Sauris Lib. imprimi ex Deut. XXXII. 11. Czech. XVII. 2. Pl. III. 5, & his vicissim ex Historia Naturali & Monumentis Veterum illustratis.
- 27.) Christ. Gottl. Hoffmannus (J.P. J. N. Nageli) de Pulo Mosi.


































⊗ ( 25 ) ⊗ ⊗

& eundem ei honorem ac reliquis libris  
 Quam diu tria hæc evicta non sunt pro li-  
 modo est habendus.

§. III.

te probabiles non desunt rationes, hunc li-  
 brorum humanorum referendum esse sua-  
 Argumentum libri de quo supra diximus,  
 is est libro divino. Revelatio enim bella  
 neque res solum humano consilio gestas,  
 icium est monere, quomodo Diabolus, il-  
 ndi, & concupiscentia prava debeant ex-  
 lari. Arma enim militiæ nostræ non sunt  
 primarium est, debet ducere ad Redemto-  
 tore vero in hoc libro nihil legebatur, alias  
 ipsum, liber per providam Dei curam con-  
 quemadmodum reliqui qui de Messia quæ-  
 el indirecte, monent sunt custoditi. Legimus  
 bris veteris Testamenti, historias bellorum,  
 tu vaticidico acti, illa nonnunquam delinea-  
 rebantur. Ast non solas res bellicas tractant  
 gumentum est Messias, salus & justitia pec-  
 s fusc persequuntur, sed obiter tantum non  
 ne illas tangunt, ut tanto melius de rei veri-  
 ecclesia ad gratum animum pro liberatio-  
 onstrandum excitaretur; ut ad constantiam,  
 tiam & pietatem provocaretur contra im-  
 & fata adversa: ut de cura Dei gratiosa er-  
 tia ejus erga impios convinceretur, ut intel-  
 tum variorum vaticiniorum & qui alii sunt  
 ia Judaica, cui oracula domini concredita  
 n sensit de hoc libro, quemadmodum testi-  
 obis adducta testantur. Si autem liber di-  
 vium optime prisca hæc ecclesia hoc scire  
 ex Prophetarum antiquorum testimoniis,  
 intrinsecis libri, divinitatem ejus manife-  
 stan-

D

stan-

